Neceſſitas autem, ut veniant ſcandala, non eſt abſoluta, ſed conſequentiæ.

III. Modus vitandi ſcandala:

Si autem manus, &c.

VSVS.

Hæc ſunt intelligenda tropicè: Cum enim ſenſus ſimplex parit abſurditatem, decurrendum eſt ad figuras. Senſus autem dicti hujus ſimplex, pugnaret cum quinto præcepto.

DE II. LOCO.

I. Conſideretur ſignificatio vocabuli: Eſt enim Angelus vocabulum polyſimó: Significat autem interdum Filium DEI. *Gen: 48. Eſai: 9. Acto: 27. Mal: 3.* Interdum Eccleſiæ DEI Paſtores, *Jud: 2. Apoc: 1.* & ſequentibus. Interdum ſanctos Angelos in Cœlis, ut in hodierno Evangelio. *Matt: 18. Lucæ 15.* Interdum Diabolum. *2. Cor: 12. 2. Pet. 2. Mat: 25.*

Eſt enim vox græca ab ἀγγέλλω mitto. Hodiè autem nobis dicendum, & de beatis Angelis in cœlis, & de Diabolis.

II. AN SINT:

Eſſe autem bonos Angelos, teſtantur

1. Apparitiones: *Geneſ: 18. 31. 19. 22. Actor: 12. 8.*

2. Te-